

sparsa. Unde angeli amicitates dicebant **Psalm.** Quare ruber est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcanti in torculari. **Ultimo** facta est ipsa seluina tota nigra: quando scilicet mansit in cruce mortua et lixibus plena. **Apocal.** vi. Sol factus est niger sicut sacus cilicinus. **Secundo** accepit scartellam per quam eius anima intelligitur. **Peregrini** in scartella solent portare argentum. Anima enim christi plena fuit triplici argento scilicet thesauro glorie gratie et sapientie. **Iob.** Vidimus gloriam eius ecce primus thesaurus. **Plenum** gratia ecce secundus. **Et veritatis** ecce tertius. **Homines** enim erant a celesti gloria excludi: ideo portauit thesaurum glorie per quem eos ad gloriam eternam reduceret. Erant inimici dei. **Ideo** portauit thesaurum gratie per quem nos patri reconciliaret. Erant ceci tenebris inuoluti nescientes viam inuenire. **Ideo** portauit thesaurum sapientie per quem eis viam celestis patrie demonstraret. **Tercio** assumpsit pileum siue capellum et coronam spineam. Solent peregrini portare capellum contra estum solis ventum et pluuia. **Sic** oratio illius coronam spineam dicit nobis esse umbraculum ab estu voluptatum ut refrigeremur. **Quia** sicut dicit **Aug.** non decet sub spicato capite membra fieri delicata. **Idcirco** iam esse in defensione et a pluuia tri-

bulacionum ut alleuiemur. **Quia** **St. Greg.** Si passio christi ad memoriam reducere: nichil est quod non e quo animo tolleretur. Debet etiam esse a vento tempestatum ne pulsemur. **Doc.** significatur. **Psalm.** **21:** ubi dicitur ad visionem serpentis enei in palo suspensi sanabant illi qui a serpente percutiebant. De hijs est bus **St. Hieron.** Tabernaculum erit in umbraculo diei ab estu in absconione a turbine et ab estu. **Quarto** assumpsit baculum per quem erit intelligit. **Peregrini** utuntur baculo ad sustentationem et ad fluuiorum transiuationem et ad malorum bestiarum perussione. **Sic** christus primo baculo siue crucis huius tribulatos sustentat ne fatigentur. **Debet** **St. Hieron.** Recogitare eum qui tale sustinuit a peccatoribus contra semetipsum et traditionem ut non fatigemini animis vestris deficientes. **Secundo** per baculum crucis flumen istius mundi transiuit et ad patriam peruenit. **Gene.** **32:** **In** baculo meo transiui iordanem istum. **Lu.** ultimo **Portabat** patris christum et ita intrare in gloriam. **Tercio** per baculum crucis dyabolum percussit et ipsum baculum crucis timent. **Crisostomus.** **30** **Ubi** demones signum crucis vident. **Psalm.** **30** **A** voce domini peruebit assur virga percussus. **Ideo** demones signum crucis vident territi: fugiunt timentes baculum illum quo plagam acceperunt.